HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 129r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift





uidebunt & sentient iudices iuste / quos iudicauerunt
& damnauerunt iniuste. Et in illa hora factus est
terrę motus magnus. Cum loqueretur de ipso iudicio repen
te redit ad ea quę ante futura sunt / idem ad persecutio
nem antixpi / de qua paulo ante sermonem fecerat. Ip
samq; uocat horam quam ante in tribus diebus & dimidio
expresserat. Quid enim mirum si eadem persecutio una
hora uocetur / cum etiam omne presens tempus una hora
appelletur / iuxta quod idem iohs dicit / filioli nouissi
ma hora est. Terrę motus itaq; significat illam perse
cutionem ualidissimam. Vnde bene terrę motus non
simpliciter sed cum additamento magnus uocatur /
quia erit tunc tribulatio ut dns ait. qualis non
fuit neq; fiet. Hinc danieli angelus dicit. Veni
et tempus. quale non fuit. ex quo gentes esse ceperunt.
Et decima pars ciuitatis cecidit / & occisa sunt
in terrę motu hominum nomina septem milia. Hic
locus in euglio exponitur ubi dns dicit / quod quędam
mulier habens dragmas decem perdidit unam ex illis.
Nouem quippe sunt ordines angloꝝ. sed homo est
decimus creatus / qui locum casus diaboli euacuatum
repleret. Ista pars decima periit in illis qui consen
serunt & crediderunt antixpo. Non autem tota
decima pars periit / sed pars decimę partis. in he
reticis scilicet paganis & falsis fratribus. Ciuitas
quippe ihrlm appellatur / quę constat ex angelis &
hominibus scis. Cuius ciuitatis pars decima cecidit / illa
scilicet quę ad nouem angloꝝ ordines non pertinens,
locum decimi ordinis cum electis minime tenet.